

APPENDICE ALL'ARTICOLO  
I CISTERCIENSI IN LIGURIA

(*Giornale Ligustico* 1878, pag. 216).

Nella Rassegna alle *Origines Circestencienses* del P. Janauscek parlando dell'abbazia di S. Maria del Zerbino di Genova e delle sue oscure origini adottammo come più probabile l'opinione dell'Autore; che cioè essa sia stata trapiantata fra noi dalla *Montagna nera* di Armenia, verso il cadere del XIII secolo, quando i sultani d'Egitto con frequenti irruzioni finirono con disertare al tutto quelle regioni. Ci pare di aver anche resa più probabile tale opinione con due indizi; uno fu l'esempio di altro trapiantamento simile dalla *Montagna nera* che fecero i monaci armeni verso il principio del XIV, venendosi a stanziare al nostro San Bartolomeo presso all'abbazia di Iubino e alla presenza di questo abbate; il secondo indizio è un atto notarile del 1400, per cui si vede S. Maria di Iubino di Genova possedere in Nicosia di Cipro un priorato e una rendita annua di 200 bisanti.

Ora i due documenti che seguono, giungono opportuni a fornire di ciò una prova compiuta. Battista di Carignano, l'Abbate di S. Maria di Iubino di Genova nel 1456, fa trascrivere nel fogliazzo del notaro Andrea de Cario, previa autenticazione, una donazione del re Guido di Cipro e Gerusalemme del 1194, e un Breve del papa Innocenzo III in data del 1215 in favore dell'abbazia di S. Maria de Iubino in *Montanea nigra*. Siccome la donazione del Re riguarda appunto quella rendita di 200 bisanti, che vedemmo nel 1400 doversi riscuotere in Cipro dal procuratore della nostra abbazia del Zerbino, siccome le due carte si trovavano a mani del nostro Abbate che le fa trascrivere a perpetua memoria

negli atti notarili, non vi può esser dubbio che le due abbazie omonime derivino l'una dall'altra, la più recente di Genova da quella orientale già posta sulla Montagna nera. Resterebbe a sapersi ad ogni modo se quella della Montagna nera fosse o no identica con l'altra Cisterciense, posta ivi pure e nominata col titolo di San Giorgio; ma noi lasceremo la quistione al ch. Autore, solo avvertendo col signor di Saint-Martin che tutta quella Regione era piena d'Instituti monastici.

Dei due documenti che pubblichiamo, si deve la scoperta al signor marchese Marcello Staglieno e la trascrizione per la stampa al signor Carlo Astengo, due egregi amici, ai quali per ciò e per più altri titoli intendiamo qui esprimere la nostra gratitudine.

*Archivio Notarile di Genova; Atti di Andrea de Cario, 1456*

*Filza 12, N. 279.*

In nomine domini, amen, Hoc est exemplum sive transumptum cujusdam privilegii apostolici antiqui felicis recordacionis sanctissimi in christo patris domini innocentii pape tercii venerabilibus religiosis abbatibus de jubino in montana nigra ejusque fratribus tam presentibus tunc quam futuris gratiose concessi, sive infrascripte particule ex dicto privilegio sumpte, in pergameno scripti subscripti manibus propriis et signis prefati domini innocentii pape et duodecim cardinalium sancte romane ecclesie in eo nominatorum ut in eo apparebat dati anagnie per manum thome subdiaconi et notarii electi neapolitani VIII kalendis septembris indictione tertia incarnationis dominice anno MCCXV, pontificatus vero domini innocentii tercii prefati anno octavo decimo, cuius vera bulla plumbea cum fillis sericis crocei . . . . quo colore more romane curie impendenti bullati sani et integri non viciati non cancellati nec in aliqua sui parte suspecti ut prima facie apparebat ab una parte cuius bulle sculpta erant duo capita apostolorum cum cruce in medio et literis desuper sic dicentibus. S . PA . SPE . et ab alia parte Innocentius papa III. Item hoc est exemplum sive transumptum cuiusdam sumpti sive exempli in forma vidimus cuiusdam privilegii regalis et seu quondam serenissimi principis domini guidonis dei gratia in sancta civitate Jherusalem latinorum regis octavi et cipri

domini concessi ecclesie marie de iubino facti per quondam bone memorie dominum fratrem petrum miseracione divina archiepiscopum appamiensem in pergameno scripti et sui sigilli in cera impressi in carta pendenti muniti sani et integri ut supra et prima facie apparebat in quo sigillo sculpta est imago episcopi et littere legibiles sic dicentes, S. Petri archiepiscopi appamiensis quod quidem privilegium apostolicum et sumptum, sive vidimus dicti privilegii regalis coram egregio legum doctore domino iacobo de grimeriis de plumbino vicario sale superioris magnifici domini presidentis potestacie civitatis Janue et districtus originaliter presentata et insinuata exhibita et producta presentibus nobis notariis publicis et testibus infrascriptis per reverendum patrem dominum fratrem baptistam de calignano abbatem monasterii beate marie de iubino extra muros ianuenses ordinis cisterciensium petentem et requirentem huiusmodi particulam ex dicto privilegio apostolico exhibentem . . . , ac dictum sumptum dicti privilegii regalis transumi seu transcribi et in actis curie dicti domini vicarii registrari et autenticari ac auctorizari per dictum dominum vicarium et eius auctoritate et mandato cum sua intersit dicto transumpto in diversis mundi partibus uti pro cautela iuris sui et dicti sui monasterii et timeat amissionem dictorum originalium privilegiorum, et cuius quidem privilegii apostolici tenor sic incipit et successive dicta particula ex eo exhibita de verbo ad verbum sequitur un infra.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati de iubino in montana nigra eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito removeat aut robur quod absit sacre religionis infringatur. ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus. et prefatum monasterium sancte dei genitricis et virginis marie de iubino in montana nigra in quo divino mancipati estis obsequio sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communicavimus. in primis siquidem statuantes ut ordo monasticus qui secundum dei (?) et beati benedicti regulam atque institutionem cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum. oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poteritis adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. locum ipsum in

quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. capellam sancti thome de antiochia cum cellario et ceteris pertinentiis suis etc. et sic sequitur post multa inter cetera ut infra. in cipro in fundacione ducentos bisantios et in casale genit (?) viginti quinque in laodicia iardinum unum. et postea sequitur post multa ut infra. decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel abbates retinere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernationi ac sustentacioni concessa sunt usibus omnimodis profutura. salva sedis apostolice auctoritate et in predictis capellis diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo terciove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat atque in extremo ex animo districte ultionis subiaceat. cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri ihesu christi. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. amen amen amen. Et successive post signa et subscriptiones domini innoceentii pape et cardinalium predictorum sic finit. datum anagnie per manum thome subdiaconi et notarii nostri electi neapolitanensi. viii kalendis septembris indictione iii incarnationis dominice anno m. cc. xv pontificatus vero domini innocentii pape III anno octavodecimo Alexander.

Alterius vero sumpti sive transcripti dicti privilegii regalis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. amen. Notum sit omnibus posteris et presentibus quod ego guido per dei gratiam in sancta civitate Jherusalem latinorum rex viii et cypri dominus dono concedo atque confirmo ecclesie beate marie de iubino pro anime mee remedio et patris matrisque mee atque domine sibille venerabilis regine uxoris mee ducentos bisantios in assilia in comertio nicossie per quatuor anni terminos annuatim recipiendos concedo etiam ut eosdem bisancios in ipsa terra cypri vendendo et emendo libere valeant commutare et a predicta arra sine impedimento sine exactione aliqua vel drictura extrahere. et ut hoc meum firmum et stabile donum permaneat. presentem paginam scribi et sigilli mei impressione plumbei signari et virorum subscriptorum testimonio corroborari precepi. Quorum hec sunt

nomina: aymericus constabularius. henfredus toroni. hugo martini marescalcus. aymericus de river. raynerius de gibelet. galterius lebel. odo de mayri. Actum in Nicossia. anno dominice incarnationis MCXCIII. indictione XII epacta XXVII. XVIII kalendis septembris.

Nos frater petrus miseracione divina archiepiscopus appamiensis notum facimus universis christifidelibus quod nos presens scriptum sicut superius expressum vidimus et inspeximus diligenter de verbo ad verbum sine aliqua diminutione in autentico contineri quod ut ratum habeatur et firmum ipsum scriptum duximus presentis bulle nostre municione roborandum.

Nos frater G. miseracione divina archiepiscopus manustanus (?) autenticum huius exempli vidimus et legimus de verbo ad verbum sine aliqua diminutione auscultavimus et ad majorem securitatem nostram bullam apposuimus.

Qui siquidem egregius dominus vicarius sale superioris visis et diligenter inspectis supradictis originalibus privilegio apostolico et sumpto seu vidimus dicti privilegii regalis ac presenti suprascripto transumpto cum ipsis originalibus in presentia et de mandato dicti domini vicarii de verbo ad verbum fideliter auscultatis et debite collationatis per nos infrascriptos notarios. mandavit et decrevit hujusmodi privilegium apostolicum sive particula suprascripta ex eo sumptu ac transumptu dicti privilegii regalis transumi seu transcribi et registrari et in actis curie sue autenticari et in hanc publicam formam redigi per me andream de cario notarium publicum et scribam curie dicti domini vicarii infrascriptum volens et mandans quod hujusmodi transumpto publico de cetero adhibeatur plena fides ubique locorum in iudicio et extra ac talis et tanta qualis et quanta dictis originalibus privilegio et sumpto data sunt et adhibita seu de iure datur et adhibetur ubique et quotiens originaliter producerentur premissisque universis et singulis suam et comunis ianue auctoritatem interposuit pariter et decretum. mandans discretis viris dominico de bargono et petro de facio notariis et etiam scribis curie dicti domini vicarii ut huic transumpto una cum dicto notario suprascripto hic se subscribant in fidem et testimonium premissorum.

Actum ianue in sala superiori palacii causarum comunis ad bancum juris solitum dicti domini vicarii sale superioris ipso ibidem pro tribunali sedente, anno a nativitate dominica MCCCCLVI indictione quarta secundum ianue cursum die vero sabbati quarta mensis decembris post vespas. presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis thoma de recho de levanto et oddo de ceva lunensis et albensis diocesis presbiteris ac

augustino de ripalta cive januense testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Seguono le autenticazioni dei notari: Andreas de Cario q. Nicolai, dominicus de bargono q. Raflael, petrus de facio q. philippi.*)

## DUE LETTERE INEDITE DI ANTONIO CESARI

Antonio Cesari stanziò in Genova dal 5 al 9 ottobre 1827. Già sul cadere del settembre aveva manifestato il suo vivo desiderio di visitare questa città, all'amicissimo Antonio Chersa, chiaro latinista raguseo, il quale da tempo era legato in consuetudine amichevole col Gagliuffi e col marchese Gian Carlo Di Negro, ch'egli avea conosciuti di persona quando più anni innanzi erasi recato a Genova ad incontrare il fratello Tomaso, reduce da Roma, pur egli valente letterato. Il quale « in Genova non fu testimonianza, osservanza ed onore di che non fosse largamente colmato: conciossiachè quivi (essendovi egli assai raccomandato dalla gentilezza e dottrina sua), ebbe l'onore della dimestichezza ed amicizia di tutti coloro, che in opera di scienze e di lettere aveano voce di sommi: tra' quali fu de' primi Giuseppe Solari; uomo che in fatto di erudizione, o di poesia, o di filosofia, o di matematica, entrava senza contraddizione innanzi a tutti di quella città » (1). E devesi forse ascrivere al Chersa, se il Cesari già contava in quella città amici, ch'ei non conosceva se non per via di lettera (2).

In qual guisa venisse accolto e festeggiato dai suoi Filipini non è dire; e vago come egli era di osservare i monumenti, le chiese, gli edifici onde s'abbella la città, fu una

(1) CESARI, *Elogio di T. Chersa*.

(2) CESARI, *Lettere racc. dal Manuzzi*, I. 153, 155.